eat dñi nescit ille. Ultro enim terra
fructificat. primum herbam deinde
spicam deinde plenum frumentum
in spica. Et cum ex se produxerit
fructus. statim mittit falcem.
quoniam adest tempus messis. Dom. xxiii.

Dicit dominus ego cogito cogita
tiones pa cis et non afflicti o nis
inuocabitis me et ego ex
audiam uos et redu
cam captiuitatem uestram de cunc
tis lo cis. ℟ Benedixisti domine ter
ram tuam auertisti captiuitatem iacob.

Excita dñe quesumus tuorum Coll.
fidelium uoluntates. ut diuini
operis fructum propensius exequen
tes. pietatis tue remedia maiora
percipiant. Qui uiuis. L. Jheremie p.

Ecce dies ueniunt dicit dñs.
et suscitabo dauid germen
iustum et regnabit rex et sapiens
erit et faciet iudicium et iusticiam
in terra. In diebus illis saluabitur
iuda. et israhel habitabit confidenter.
Et hoc est nomen quod uocabunt
eum. dñs iustus noster. Propter hoc ec
ce dies ueniunt dicit dñs. et non
dicent ultra uiuit dñs qui eduxit
filios israhel de terra egypti. sed uiuit
dñs qui eduxit et adduxit semen
domus israhel de terra aquilonis et de
cunctis terris ad quas eieceram eos
illuc. et habitabunt in terra sua.
Dicit dñs omnipotens. Gr.

Liberasti nos domine ex affligentibus
nos et eos qui nos ode runt confu
disti. V. In deo
laudabimur to ta di
e et nomini tuo confite
bimur in secula. Alleluia

Qui posuit fi nes tu os pa
cem et adipe frumen ti
saciat te. S. Johem.

In illo t. Cum subleuasset oculos ihesus et
uidisset quia multitudo maxima
Require in media quadragesima. Letare.

Off. De profun dis clamaui ad te domine
domine exaudi oratio nem meam
Sec.

[illegible]

Dona misericors deus ut hec nos salutaris oblatio et a propriis reatibus indesinenter expediat et ab omnibus tueatur adversis. Per

Dico vobis gaudium est angelis dei super uno peccatore penitentiam agente.

Postcommunio. Sumpsimus domine sacra dona misterii humiliter deprecantes ut que in tui commemoratione nos facere precepisti in nostre proficiant infirmitatis auxilium. Per. Feria iiii. Ad Timotheum.

Obsecro primo omnium fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarum actiones pro omnibus hominibus pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram salvatore nostro deo qui omnes homines vult salves fieri et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim deus unus et mediator dei et

[illegible] sum ego predicator et apostolus. Veritatem dico non mentior doctor gentium in fide et veritate.

Alleluia. Sequentia s. Marci.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Amen dico vobis quia quicumque dixerit huic monti tollere et mittere in mare et non hesitaverit in corde suo sed crediderit quia quodcumque dixerit fiat fiet ei. Propterea dico vobis. Omnia quecumque orantes petitis credite quia accipietis et evenient vobis. Et cum stabitis ad orandum dimittite si quid habetis adversus aliquem ut et pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra. Feria vi. Sequentia s. Marci.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Videte quid audiatis. In qua enim mensura mensi fueritis remetietur vobis et adicietur vobis. Qui enim habet dabitur illi et qui non habet et quod habet auferetur ab eo. [illegible] regnum dei quemadmodum si homo iactat sementem [illegible] dormiat et exurgat [illegible] die ac [illegible]